Fragmentarium

Sicut nuda manus pauce sine uulne male
Vix cuiquam aut nulli tanto certamine nasus
Integer aspiceres iam cuncta per agmina vultus
Dimidios alias facies et hiantia ruptis
Ossa genis plenos oculorum sanguine pugnos
Ludere se credunt ipsi tamen et pueriles
Exercere acies quod nulla cadavera calcet
Et sane quid tot rixantis milia turbe
Si vivunt omnes ergo acrior impetus et iam
Saxa inclinatis per humum quesita lacertis
Incipiunt torquere domestica seditione
Tela nec hunc lapide quali se Turnus et Aiax
Vel quo Tidides percussit pondere coxam
Enee Sed quem valeat emittere dextre
Illis dissimiles et uno tempore nate
Nam genus hoc vivo iam descendebat Homero
Terra novos homines nunc educat atque pusillos

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. C 219, 3_6v – A) Cicero: Topica; B) Annaeus Florus: Epitome Bellorum Romanorum; Livius: Periochae; C) Juvenal: Saturae, cum glossis; D) Augustinus (Pseudo-): Categoriae [= Paraphrasis Themistiana] (https://fragmentarium.ms/view/page/F-yuic/5321/50625)